



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 5. [i.e. 6.] Quid est Mandatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

ad restitutionem; quia fecit injuriam damnosam.

Q. 6. Quid est Mandatum?

Resp. Est officium gratis susceptum in gratiam alterius: sive est obligatio aliquid agendi, in commodum alterius, gratis suscepta, v.g. negotium aliquod gerendi, aliquid ipsi emendi, &c. nam si pretio suscipiatur, est potius locatio operæ. Mandatum autem non potest esse, nisi de re licita, l. 6. ff. *mandat.* & re integra solvitur morte mandantis, l. 15. *Cod. Mandati.*

Q. 7. Quenam sunt obligationes mandatarii, & mandantis?

Resp. 1. Ex communi Mandatarius, & quis negotiorum gestor, vel procurator tenetur 1. Alterius negotium diligenter, & utiliter gerere tanquam proprium: nam ad hoc se obligavit acceptando mandatum, nec ei aliter negotium commissum fuisset, ex l. 21. *Cod. mandan.* ibi: *Aliena negotia exacto officio geruntur: nec quidquam in eorum administratione neglectum, ac declinatum culpâ vacuum est.* 2. Negotium susceptum conficere: voluntatis est enim, suscipere mandatum, necessitatis consummare, l. 17 ff. *commod.* Nam ad id se obligavit illud suscipiendo. 3. Tenetur saltem de dolo,